Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nosse potuisset. iudeorū animos mansuetudine potius tempe
rare. quā iniustis odiis studuisset accendere. ne omniū
captiuos amitteret seruitutē. dū nichil sibi debentis psequi
tur libertatē. Fefellit ergo illū malignitas sua. intulit
supplicii filio dei. qd cunctis filius hominū in remediū ver
tetur. Fudit sanguinē iustum. qui reconciliando mundo.
et premiū eēt et poculū. Suscepit dnis qd secundū ppositum
suę uoluntatis elegit. admisit in se impias furentiū
manus quę dū proprio incumbunt sceleri. famulatę sunt
redemptori. Cuius etiā circa interfectores suos tanta
erat pietatis affectio. ut de cruce supplicans patri. non
se uindicari. sed illis postularet ignosci dicens. Pater dimit
te illis. non enī sciunt qd faciunt. De cuius itiq; orationis
potentia fuit. ut pdicatio apli petri ex eis qui dixerunt.
sanguis huius sup nos et sup filios nros. multos adpenitentiā corda conuerteret. et uno die baptizarentur fere tria
milia iudeos. fierent q; omniū una anima et unū cor
paratorū iam pro eo mori. quē poposcerant crucifigi. Ad hanc
indulgentiā traditor iudas puenire non potuit. quō p
ditionis filius cui diabolus stabat adextris. prius indesp
ationē transiit. quā sacramentū generalis redemptionis
xpc impleret. Nam mortuo pomnibus impius dno. potuisset
forte etiā hic consequi remediū. si non festinasset adlaqueum. Sed maligno cordi et nunc furtis fraudiū dedito.
nunc parricidalibus commertis occupato. nichil umquā
documentos misericordię saluatoris insederat. nec pius
acceperat auribus dni uerba dicentis. non ueni uocare